



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum anima separati cognoscat singularia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

petit animam separatam, sicut homo indiget lacte in pueritia, non tamen in perfecta etate.

Ad xx. dicendum, quod potentia sensitiva non debilitatur secundum se debilitatis organo, sed solum per accidens: unde & per accidens corrumpitur corruptis organo.

ARTICVLVS XX.

Verum anima separata singularia cognoscat.

Vigesimo queritur. Vtrum anima separata singularia cognoscat. Et videtur quod non, quia de potentia animae in anima separata remanet solum intellectus. Sed obiectum intellectus est vniuersale & non singulare. Scientia enim est vniuersalis, sensus autem singularium, ut dicitur in primo de anima, ergo anima separata non cognoscit singularia, sed tantum vniuersalia.

¶ 1. Præ. Si anima separata cognoscit singularia, aut per formas prius acquisitas, cum esset in corpore, aut per formas influxas. Sed non per formas prius acquisitas. Nam formatum quas anima per sensus acquirit dum est in corpore, quaedam sunt intentiones individuales, quæ conseruantur in potentia partu sensitiva, & sic remanere non possunt in anima separata, cum huiusmodi potentia non maneat in ea, ut ostensum est. quaedam autem intentiones sunt vniuersales, quæ sunt in intellectu, unde hæc sola manere possunt. Sed per intentiones vniuersales non possunt cognosci singularia, ergo anima separata non potest cognoscere singularia per species quas acquisiuit in corpore. Similiter autem neque per species influxas, quia huiusmodi species æqualiter se habent ad omnia singularia, unde sequeretur quod anima separata omnia singularia cognosceret, quod non videtur esse verum.

¶ 2. Præ. Cognitio animæ separatæ impeditur per loci distantiam. Dicit enim Aug. in lib. de cura pro mortuis agenda, quod animæ mortuorum ibi sunt, ubi ea quæ hic sunt, omnino scire non possunt. Cognitionem autem quæ fit per species influxas non impedit loci distantia. ergo anima non cognoscit singularia per species influxas.

¶ 3. Præ. Species influxæ æqualiter se habent ad præsentia & futura, non enim influxus intelligibilium specierum est sub tempore. Si igitur anima separata cognoscit singularia per species influxas, videtur quod non solum cognoscat præsentia vel præterita, sed etiam futura, quod esse non potest ut videtur, cum cognoscere futura sit solius dei, prout dicitur Isai. 41. Annunciate quæ ventura sunt in fine, & dicam quod dii estis vos.

¶ 4. Præ. Singularia sunt infinita. Species autem influxæ non sunt infinitæ. Non ergo anima separata per species influxas potest singularia cognoscere.

¶ 5. Præ. Id quod est indistinctum, non potest esse principium distinctæ cognitionis. Cognitio autem singularium est distincta. Cum igitur formæ influxæ sint indistinctæ, ut potest vniuersales existentes, videtur quod per species influxas anima separata singularia cognoscere non possit.

¶ 6. Præ. Omne quod recipitur in aliquo, recipitur in eo per modum recipientis. Sed anima separata est immaterialis, ergo formæ influxæ recipiuntur in ea immaterialiter. Sed quod est immateriale non potest esse principium cognitionis singularium, quæ sunt in-

diuidua per materiam, ergo anima separata per formas influxas non potest cognoscere singularia.

Sed dicitur quod per formas influxas possunt cognosci singularia, licet sint immateriales, quia sunt similitudines rationum idealium, quibus Deus & vniuersalia & singularia cognoscit.

¶ 7. Sed contra. Deus per rationes ideales cognoscit singularia, in quantum sunt factrices materiae, quæ est principium indiuiduationis. Sed formæ influxæ animæ separatæ non sunt materiae factrices, quia non sunt creatrices, hoc enim solius Dei est, ergo anima separata per formas influxas non potest cognoscere singularia.

¶ 8. Præ. Similitudo creaturæ ad Deum non potest esse per vniuocationem, sed solum per analogiam. Sed cognitio quæ fit per similitudinem analogiæ est imperfectissima, sicut si aliquid cognoscitur per alterum in quantum conuenit cum illo in ente. Si ergo anima separata cognoscit singularia per species influxas, in quantum sunt similes rationibus idealibus, videtur quod imperfectissime singularia cognoscat.

¶ 9. Præ. Dicitur in precedentibus quod anima separata non cognoscit naturalia per formas influxas nisi in quadam confusione & in vniuersali: hoc autem non est cognoscere singularia. ergo anima separata non cognoscit singularia per species influxas.

¶ 10. Præ. Species illæ influxæ per quas anima separata singularia ponit, cognoscere, non causantur a Deo immediate, quia secundum Diony. lex diuinitatis est infima per media reducere. Nec iterum causantur per angelum, quia angelus huiusmodi species causare non potest, neque creando, cum nullius rei sit creator, neque transmutando, quia oportet esse aliquid mediū differens. ergo videtur quod anima separata non habeat species influxas per quas singularia cognoscat.

¶ 11. Præ. Si anima separata cognoscit singularia per species influxas, hoc non potest esse nisi dupliciter: vel applicando species ad singularia, vel conuertendo se ad ipsas species. Si applicando ad singularia, constat quod huiusmodi applicatio non fit accipiendo aliquid a singularibus, cum non habeat potentias sensitivas quæ nature sunt a singularibus accipere. Relinquitur ergo, quod hæc applicatio fit ponendo aliquid circa singularia. Et sic non cognoscat ipsa singularia, sed hoc tantum quod circa singularia ponit. Si autem per species dictas cognoscit singularia conuertendo se ad ipsas, sequeretur quod non cognoscat singularia nisi secundum quod sunt in ipsis speciebus: sed in speciebus prædictis non sunt singularia nisi vniuersaliter. ergo anima separata non cognoscit singularia nisi in vniuersali.

¶ 12. Præ. Nullum finitum super infinita potest: sed singularia sunt infinita. Cum igitur virtus animæ separatæ sit finita, videtur quod anima separata non cognoscat singularia.

¶ 13. Præ. Anima separata non potest cognoscere aliquid nisi visione intellectuali. Sed August. 22. super Genesim ad lit. dicit, quod visione intellectuali non cognoscuntur neque corpora, neque similitudines. Cum igitur singularia sint corpora, videtur quod ab anima separata cognosci non possint.

¶ 14. Præ. Vbi est eadem natura, & idem est modus operandi. Sed anima separata est eiusdem nature cum anima coniuncta corpori. Cum ergo anima coniuncta corpori non possit cognoscere singularia per intellectum, videtur quod nec anima separata.

¶ 15. Præ. Potentiæ distinguuntur per obiecta: sed

Quæst. dist. S. I. ho. GG 4 pro.

5. art. 18. huius quæst.

Cap. 5. Eccl. Hierar. par. prima in titulo de Sacerdotibus per sectionibus in princip.

Lib. 15. super Gen. cap. 24.

propter quod vnumquodq; illud magis: ergo obiecta sunt magis distincta quam potentia. Sed sensus numquam fiet intellectus. ergo singulare quod est sensibile numquam fiet intelligibile.

¶ 17 Præ. Potentia cognoscitiua superioris ordinis minus multiplicatur respectu eorundem cognoscibilium, quam potentia inferioris ordinis. Sensus. n. communis est cognoscitiua omnium quæ per quinque exteriores sensus apprehenduntur. Et similiter angelus vna potentia cognoscitiua scilicet intellectu cognoscit vniuersalia & singularia, quæ homo sensu, & intellectu apprehendit. Sed numquam potentia inferioris ordinis potest apprehendere id quod est alterius potentia quæ ab ea distinguitur, sicut visus numquam potest apprehendere obiectum auditus. ergo intellectus hominis numquam potest apprehendere singulare quod est obiectum sensus: licet intellectus angeli cognoscat vtrumque & apprehendat.

In præpos. et. to. 3. in. ter. opera. Aristo.

¶ 18 Præ. in lib. de causis, dicitur quod intelligentia cognoscit res in quantum est causa eis, vel in quantum regit eas. Sed anima separata neque causat singularia, neque regit singularia. ergo non cognoscit ea.

SED CONTRA. Formare propositiones non est nisi intellectus. Sed anima etiam coniuncta corpori format propositionem cuius subiectum est singulare prædicatum vniuersale, ut cum dico, sortes est homo, quod non possum facere nisi cognoscerem singulare & comparisonem eius ad vniuersale. ergo etiam anima separata per intellectum cognoscit singularia.

¶ 2 Præ. Anima est inferior secundum naturam omnibus angelis. Sed angeli inferioris hierarchiæ recipiunt illuminationes singularium effectuum, & in hoc distinguuntur ab angelis mediæ hierarchiæ, qui recipiunt illuminationes secundum rationes vniuersales effectuum: & ab angelis supremæ qui recipiunt illuminationes secundum rationes vniuersales existentis in causa. Cum igitur tanto sit magis particularis cognitio, quanto substantia cognoscens est inferioris ordinis, videtur quod anima separata multo fortius singularia cognoscat.

¶ 3 Præ. Quicquid potest virtus inferior, potest superior. Sed sensus potest cognoscere singularia qui est inferior intellectu. ergo & anima separata secundum intellectum potest singularia cognoscere.

RESPON. Dicendum, quod necesse est dicere quod anima separata quædam singularia cognoscat, non tamen omnia. Cognoscit autem singularia quædam, quorum prius cognitionem accepit, dum corpori esset unita. Aliter enim non recordaretur eorum quæ gessit in vita, & sic periret ab anima separata conscientia uermis. Cognoscit et quædam singularia, quorum cognitionem accepit post separationem a corpore. Aliter enim non affigeretur ab igne inferni, & ab alijs corporalibus penis quæ in inferno esse dicuntur: quæ autem non omnia singularia cognoscit anima separata secundum naturalem cognitionem, ex hoc manifestum est, quod animæ mortuorum nesciunt ea quæ hic agunt, ut Aug. dicit: habet igitur hæc quaestio duas difficultates: unam communem & aliam propriam. Communis quidem difficultas est ex hoc, quod intellectus noster non videtur esse cognoscitiuus singularium, sed vniuersalium tantum: unde cum Deo & angelis & animæ separata non competat aliqua cognoscitiua potentia nisi solus intellectus, difficile videtur quod eis singularium cognitio adsit. unde quidam intantum errauerunt ut Deo & angelis cognitionem singularium subtraherent, quod in nullo modo impossibile. Nam hoc posito pronominum uina excluderetur a rebus, & iudicium de rebus non actibus tolleretur: auferrentur enim & merita angelorum, quos de salute hominum esse sollicitos, secundum illud apostoli, Omnes administratores spiritus in ministerio multum peccatis, qui hereditatem capiunt salutis. Et idcirco separatas singularia cognoscere per cognitionem vniuersalium causarum totius ordinis uniuersalium causarum non deriuetur. Et ponitur nihil enim est in rebus singularibus, quod est in uersalibus causis non deriuetur. Et ponitur plura, sicut si aliquis cognosceret totum orbem cæli & stellarum, & mensuram & motum eorum, non per intellectum omnes futuras eclipses & cometas, & quibus temporibus essent. Sed hoc non sufficit ad veram singularem cognitionem. Manifestum est enim, quod quædam que aduentur aliqua vniuersalia, nunquam perficitur singulare. Sicut si dicam hominem musicum, & quæcumque huiusmodi adhibita quam erit singulare. Possibile est, nonnulla hæc ta pluribus conuenire. unde qui cognoscit causas in vniuersali, nunquam propter hoc cognoscat aliquam singularem effectum. Nec cognoscit totum ordinem cæli, cognoscit singulum ut est hic. Et si enim cognoscat eclipses esse in tali situ solis & lune, & in tali hora, cumque huiusmodi in eclipsibus obseruatis, non talem eclipsim possibile est pluries euenire. Alij ut veram cognitionem singularium animabus ascriberent, dixerunt, quod nonnullum ab ipsis singularibus accipiunt. Sed in nullo inconueniens. Cum enim materia inter esse intelligibile & esse materiale non statim forma rei materialis ab materia pitur, sed per multa media ad eum debet forma alicuius sensibilis prius fit in materia spiritualior quam in re sensibili, & postmodum organo sensus, & exinde deriuatur ad primum & ad alias inferiores vires: & ulterius tractatur ad intellectum. hæc autem media non esse possibile est competere angelis, qui separata. Et ideo aliter dicendum est, quod per quas intellectus cognoscit, dupliciter ad res. Quædam enim sunt factiue rerum, quæ autem a rebus acceptæ. Et ille quidem quorum factiue intantum ducunt in cognitionem quantum eius factiue existunt. unde arte factiue facio tradit formam vel dispositionem rei per formam artis cognoscit artificiatum quod illud, quod in eo causat. Et quia nulla anima causat materiam, sed accipit eam præparatam quæ est indiuiduationis principium, ita quod per formam, pura edificator: cognoscit deum vniuersali, non autem hanc domum ut est hæc, materiam eius notitiam accipit per sensum. Deum per intellectum suum non solum producit, sed ex qua sumitur ratio vniuersalis, sed et materiam indiuiduationis principium. unde per illam cognoscit & vniuersalia & singularia. Sic in natura arte effluunt res materiales ut substantias intellectuales separatas similitudines intelligibiles, quibus res cognoscantur secundum producantur a Deo. Et ideo substantia

In li. de. en. ra. per. mor. tuis. c. 13. & 15. to. 4.

cognoscunt non solum vniuersalia, sed etiam singularia, in quantum spēs intelligibiles in eas a diuina arte emanantes sunt similitudines rerum, & secundum formā, & secundum materiā: nec est inconueniens formā, quæ est factiua rei, quāuis sit immaterialis, esse similitudinē rei, & quātum ad formā, & quātum ad materiā: quia semper in aliquo alio est aliquid vniiformius quā sit in inferiori natura. vnde licet in natura sensibili sit aliud forma, & materia, tamen id quod est altius, & causa vtriusque, vnum existēs se habet ad vtramque. propter quod superiores substantiæ immaterialiter materialia cognoscunt, & vniiformiter diuisa, vt Dionysius dicit 7 cap. de diu. nom. Formæ autē intelligibiles a rebus acceptæ, per quādam abstractionē a rebus accipiuntur: vnde non ducunt in cognitionē rei quantum ad id a quo fit abstractio, sed quantum ad id, quod abstrahitur tñ. Et sic cum formæ receptæ in intellectu nostro a rebus sint abstractæ a materia, & ab omnibus cōditionibus materiæ, nō ducunt in cognitionē singularium, sed vniuersalium tñ: hæc est igitur rō quare substantiæ separatæ possunt per intellectum singularia cognoscere, cum tñ intellectus noster cognoscat vniuersalia tñ. Sed circa singularium cognitionē, aliter se habet intellectus angelicus, & aliter animæ separatæ. Diximus. n. in superioribus, quod efficacia virtutis intellectiua, quæ est in Angelis, est proportionata vniuersalitati formarum intelligibilium in eis existentium. Et ideo per hōi formas vniuersales cognoscūt omnia ad quæ se extendunt. vnde sicut cognoscūt oēs species rerum naturalium sub generibus existētes, ita cognoscunt omnia singularia rerum naturalium, quæ sub speciebus cōtinentur. Efficacia autē virtutis intellectiua animæ separatæ nō est proportionata vniuersalitati formarum influxarum, sed magis est proportionata formis a rebus acceptis: propter quod naturale est animæ corpori vni. Et ideo supra dictum est, quod anima separatæ nō cognoscit omnia naturalia etiā secundum species determinate, & cōplete, sed in quadā vniuersalitate, & cōfusione. vñ nec spēs influxæ sufficiunt in eis ad cognitionē singularium, vt sic possint cognoscere oīa singularia, sicut Angeli cognoscunt. Sed tñ hōi spēs influxæ determinantur in ipsa aīa ad cognitionē aliquorū singularium: ad quæ anima habet aliquem ordinē specialem, vel inclinationē: sicut ad ea quæ patitur, vel ad ea ad quæ afficitur, vel quorum aliqua impressiones, & vestigia in ea remanēt. Omne. n. receptum determinatur in recipiēte, secundum modū recipiētis. Et sic patet, quod omnia separatæ cognoscit singularia, non tamen omnia, sed quædam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod intellectus noster nunc cognoscit per species a rebus acceptas, quæ sunt abstractæ a materia, & omnibus materiæ conditionibus: & ideo non potest cognoscere singularia quorum principium est materia, sed vniuersalia tantum: sed intellectus animæ separatæ habet formas influxas, per quas potest singularia cognoscere, ratione iam dicta.

AD SECVNDVM dicēdū, quod anima separatæ nō cognoscit singularia p spēs prius acquisitas dū erat corpori vni, sed per species influxas: non tamen sequitur, quod cognoscat omnia singularia, vt ostensum est.

AD TERTIVM dicēdū, quod anima separatæ nō impediunt a cognoscendis his, quæ sunt hic, pp loci distantia, sed quia non est in tanta efficacia intellecti-

A uē, virtutis, vt per species influxas omnia singularia cognoscere possiat.

AD QVARTVM dicendum, quod nec est angeli oīa futura contingentia cognoscunt: p species enim influxas singularia cognoscunt, in quantum participant speciem. vnde futura quæ nondum participant speciem, in quantum futura sunt, ab eis nō cognoscūt, sed solum in quantum sunt præsentia in suis causis.

AD QVINTVM dicendum, quod angeli qui cognoscunt omnia singularia naturalia, non habent tot species intelligibiles quot sunt singularia ab eis cognita: sed per vnam speciem cognoscunt multa, vt in superioribus ostensum est. Animæ vero separatæ non cognoscunt omnia singularia. vnde quantum ad eas, ratio non concludit.

AD SEXTVM dicendum, quod si species essent a rebus acceptæ non possent esse propria ratio singularium a quibus abstrahuntur: sed species influxæ cum sint similitudines idealium formarum, quæ sunt in mente diuina, possunt distincte representare singularia, maxime illa ad quæ omnia habet aliquam determinationem ex natura sua.

AD SEPTIMVM dicendum, quod species influxa quāuis sit immaterialis, & distincta, est tamen similitudo rei & quantum ad formam, & quantum ad materiam in qua est distinctio, & in diuiduationis principium: vt expositum est.

AD OCTAVM dicēdū, quod quāuis formæ intelligibiles nō sint creatrices rerum, sunt tamen similes formis creatricibus: nō quidem in virtute creandi, sed in virtute representandi res creatas. Aliquis enim artifex potest tradere artem aliquid faciendi alicui, cui tamen non adest virtus vt perficiat illud.

AD NONVM dicendum, quod quia formæ influxæ non sunt similes rationibus idealibus in mente diuina existentibus nisi secundum analogiam: ideo per huiusmodi formas illæ rationes ideales nō perfecte cognosci possunt. Non tamen sequitur quod per eas imperfecte cognoscantur res, quarum sunt rationes ydeales, huiusmodi enim res non sunt excellentiores formis influxis: sed conuerso. vnde per formas influxas perfecte comprehendendi possunt.

AD X. dicēdū, quod formæ influxæ determinantur ad cognitionem quorundam singularium in anima separatæ ex ipsius animæ dispositione, vt dictum est.

AD XI. dicendum, quod species influxæ causantur in anima separatæ a Deo mediāribus angelis. Nec obstat quod quædam animæ separatæ sunt superiores quibusdam angelis. Non enim nunc loquimur de cognitione gloriæ, secundum quam anima potest esse angelis vel similis, vel æqualis, vel etiam superior, sed loquimur de cognitione naturali in qua anima deficit ab angelo. Causantur autem huiusmodi formæ in anima separatæ per angelum, non per modū creationis, sed sicut id quod est in actu, reducit aliquid sui generis de potentia in actum. Et cum huiusmodi actio non sit situalis, non oportet hic quærere mediū deferēs situale. Sed idē hic operat̄ ordo naturæ, quod in corporalibus ordo situs.

AD XII. dicendum, quod anima separatæ per species influxas cognoscit singularia, in quantum sunt similitudines singularium per modum iam dictum. Applicatio autem, & cōuersio de quibus in obiectiōne fit mentio, magis huiusmodi cognitionem concomitantur quā eam causent.

AD XIII. dicendum, quod singularia non sunt infinita in actu, sed in potentia: nec intellectus angeli aut animæ

In corp. art.

In corp. art.

In corp. art.

anima separatè prohibetur cognoscere infinita singularia vnū, post vnū, cū & sensus hoc possit. Et intellectus noster hoc modo, cognoscit infinitas species numerorū. Sic. n. infinitū nō est in cognitione nisi successiue, & sū actū confunctū potentie, sicut etiam ponitur esse infinitum in rebus materialibus.

AD XIII. dicendum, quod Augustinus non intendit dicere quod corpora & similitudines corporum non cognoscantur intellectu, sed quod intellectus non mouetur in sua visione a corporibus sicut sensus, nec a similitudinibus corporum, sicut imaginatio: sed ab intelligibili veritate.

AD XV. dicendum, quod licet anima separata sit eiusdem naturæ cum anima coniuncta corpori, tamen propter separationem a corpore habet aspectum liberum ad substantias superiores, vt possit per eas recipere influxum intelligibilem formarum, per quas singularia cognoscit: quod non potest dum est corpori vnita, vt in superioribus ostensum est.

AD XVI. dicendum, quod singulare secundum quod est sensibile, scilicet secundum corporalem immutationem nunquam sit intelligibile: sed secundum quod forma immaterialis intelligibilis ipsum repræsentare potest, vt ostensum est.

AD XVII. dicendum, quod anima separata per suum intellectum recipit species intelligibiles per modum superioris substantiæ, in qua vna virtute cognoscitur quod homo duabus virtutibus, scilicet sensu & intellectu cognoscit. Et ideo anima separata vtrunque cognoscere potest.

AD XVIII. dicendum, quod anima separata quamuis non regat res vel causet eas, tamen habet formas similes causantibus & regentibus. Non enim causans & regens cognoscit quod regitur & causatur, nisi in quantum eius similitudinem habet. Ad ea vero que in contrarium obijciuntur etiam respondere oportet: quia falsum concludunt.

AD PRIMVM quorum dicendum est, quod anima cōiuncta corpori p̄ intellectu cognoscit singulare: non quidem directè, sed p̄ quandam reflectionem, in quantum scilicet ex hoc quod apprehendit suū intelligibile, reuertitur ad considerandū suū actum, & speciè intelligibile quæ est principium suæ operationis, & eius speciè originè, & sic venit in considerationem phantasmatum, & singularium, quorum sunt phantasmata. Sed hæc reflexio compleri non potest nisi p̄ adiunctionem virtutis cogitatiuæ & imaginatiuæ, quæ non sunt in anima separata: vnde per modum istum aia separata singularia non cognoscit.

AD SECVNDVM dicendum, quod angeli inferioris Hierarchie illuminantur de rationibus singularium effectiui, non per species singulares, sed per rationes vniuersales, ex quibus cognoscere singularia possunt propter efficaciam virtutis intellectiue, in qua excedit animam separata. Et licet rationes ab eis perceptæ sint vniuersales simpliciter, tamen dicuntur particulares per comparisonem ad rationes vniuersaliores, quas angeli superiores recipiunt.

AD TERTIVM dicendum, quod id, quod potest virtus inferior, potest & superior, nō tamen eodem modo, sed excellentiori: vnde easdem res quas sensus percipit materialiter & singulariter, intellectus immaterialiter & vniuersaliter cognoscit.

ARTICVLVS XXI.

Vtrum anima separata possit pati ab igne corporeo.

VICESIMO PRIMO quaeritur, vtrum aia separata possit pati penā ab igne corporeo. Et vs̄ q̄ nō.

Nihil enim paritur nisi secundum, quod est in potentia. Sed anima separata non est in potentia, nisi secundum intellectum, quia potentie sensitiue in materia manent, vt ostensum est, ergo anima separata non potest pati ab igne corporeo, nisi secundum intellectum, intelligendo. Ipsum: hoc autem non est materiale, sed magis delectabile, ergo anima non potest pati ab igne corporeo penam.

¶ 2 Præ. Agens & patiens cōmunicat in materia, vt dicitur in 1. de generatione. Sed aia cum sit immaterialis, nō cōmunicat in materia cum igne corporeo, ergo aia separata nō potest pati ab igne corporeo.

¶ 3 Præ. Quod nō tangit non agit, nec tangit non potest tangere animam, nec tangit vltima quantitatis, cum anima sit incorporea, etiam tactu virtutis, cum virtus corporalis imprimere in substantiam incorpoream, sicut econuerso. Nullo igitur modo anima separata potest pati ab igne corporeo.

¶ 4 Præ. Dupliciter dicitur aliquid pati ab igne, vt lignū patitur ab igne, vt sicut dicitur vt calidum a frigido. Sed anima nō potest pati ab igne corporeo sicut subiectum passionis, quia non retinet formam ignis fieri in aia, & sic ignis anima caleficeret, & igitur, quod est impossibile. Similiter nō potest dici, quod anima patitur ab igne corporeo sicut contrariū a contrariō, tum, quia nihil est contrariū, tum, quia sequeretur quod ab igne corporeo destrueret, quod est impossibile. Anima igitur nō potest pati ab igne corporeo.

¶ 5 Præ. Inter agens, & patiens oportet esse rationem aliquā. Sed inter aiam, & ignem non vs̄ esse aliquam proportionem, cū sit incorporeum, ergo anima nō potest pati ab igne corporeo.

¶ 6 Præ. Omne quod patitur, mouetur, & anima non mouetur cū nō sit corpus, ergo anima nō potest pati ab igne corporeo.

¶ 7 Præ. Aia est dignior quod corpus quantum ad essentiam, sed corpus quantitate essentia est omnino inferior, ergo multo magis anima.

¶ 8 Præ. Aug. dicit 22. sup. Gene. ad litteram, quod ignis corporeus non potest pati ab igne corporeo, quia ignis nō agit in aiam virtutis per naturam, sed in quantum est instrumentum ad naturam, sed contra. Sapientis artificis est virtus instrumentum ad finem suum. Sed ignis corporeus non vs̄ esse conueniens instrumentum ad naturam animam, cum hoc non cōueniat eius formæ, vt dolabra ad dolandum, & terra ad dolandum, & dolabra ad dolandum, & terra ad dolandum, & dolabra ad dolandum, ergo anima nō potest pati ab igne corporeo.

¶ 9 Præ. Sapienter ageret artifex si videret dolandum, & dolabra ad dolandum, ergo anima nō potest pati ab igne corporeo, qui est sapientissimus, virtutis instrumentum ad puniendum animam.

¶ 10 Præ. Deus cum sit actor naturæ, & naturam facit, vt dicit quardam glo. Recreatura naturam est, vt corporeum in abstracto agat. ergo hoc Deus non facit.

¶ 11 Præ. Deus non potest facere, quod contra natura sint simul vera: hoc autem sequeretur, si heretur alicui, quod est de essentia eius, quod homo non esset rationalis, sequeretur quod homo, & non homo. ergo Deus non potest facere, quod aliqua res careat eo, quod est ei essentiale, & impassibile est essentiale animæ, contra naturam, & in quantum est immaterialis, ergo Deus non potest facere, quod anima patiatur ab igne corporeo.

In corp. art.

In corp. art.

2. 2. q. 160. art. 3.